

www.e-rara.ch

Demosthenis et Aeschinis principum Graeciae oratorum opera

Demosthenes

Basileae, [1571-]1572

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-98668>

Hieronymus Wolfius Eusebio Episcopo Suo S.

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

HIERONYMVS WOLFIVS

EVSEBIO EPISCOPIO SVO S.



QUANTI manuscriptos codices plerique faciunt (quos nec ipse contemno) cum non ignorarem: dolui sane, Augustanae reipublicae vetustissimum Demosthenis exemplar, cum ob temporis angustias, tum propter exoletas & minutas literas, à me, ne vitreis quidem istis Lamiarum oculis adhibitis, potuisse perspicui, & cum impressis conferri. Sed cum mihi Lutetiana editio de sententia D. Theodori Zuingeri: cuius iudicio plurimum tribuo: & tua, mi Episcopi: cuius uoluntati in re honesta, morem gerere & debeo, & cupio: pellegenda, graecolatini Demosthenis impressionem prorogasset: regi cum egregie docto & honesto uiro, Simone Fabricio, scholae nostrae magistro diligentissimo, cuius & ingenij acumen, & acies oculorum, & in graecis literis iudicium atque exercitatio nota mihi essent: ut eam prouinciam (si aut res facultatem haberet, aut, si quod opere precium se facturum esse cõfideret) suscipere ne grauaretur. In quo ille mihi & pro necessitudine nostra non modò priuata, sed etiam publica (sumus enim collegae in eodem graecas latinasque literas docendi munere) & ob rei literariae promouendae studium haud grauate morem gessit; atque opere confecto, hoc modo ad me scripsit.

And

OPTIMO VIRO, HIERONYMO VVOLFIO,
compatriſuo unice colendo S.

Mitto ad te, mi optatissime compater, *Orationum Demosthenicarum exemplar, in quo varias ac diuersas lectiones ex veteri manuscripto codice diligenter accurateq; perspecto, & ad editionem Hernagianam collato, bona fide notavi, multisq; in locis grauissimum ac eloquentissimum Oratorem fædè ac turpiter mutilatum deprauatumq; offendi: (præter enim innumera penè librarij menda, constructionisq; verborum perturbationem, integros interdum versus præteritos atq; omisos reperi) quem tamen studio, opera atq; industria tua perpolitum, integritatq; ac nitore suo restitutum, sic iam exiturum speramus, ut non multa in alijs Orationibus, siue splendorem verborum, siue sententiarum ornamenta spectes, homines ingeniosi ac docti desideraturi sint. Ego tantum profectò veteris codicis antiquitati tribuo, ut is vel propter solam numerorū concinnitatem, & suauitatem admirabilem compositionis (quæ in altera editione aliqua ex parte desiderari videtur) publicis sumptibus totus describendus, peruulgandus atq; edendus mihi esse videatur.*

Nam cum unus Demosthenes, inter omnes Oratores graecos, excelleret, quòd summam prudentiam, summamq; vim haberet dicendi: eius fulmina (ut inquit Cicero) non ita vibrassent, nisi numeris contorta ferrentur: quorum ceu lineamenta ac vestigia quadam singularia in manuscripto codice apparere atq; conspici posse existimo. Continet is liber omnes fere Demosthenis Orationes præter ὑπόσπλις Φιλίππου, Δημοδοχῆος ὑπόσπλις, προοίμια δημηγορικὰ, ὑποτάξιον καὶ ἐρωτικόν λόγον, τὸ πρῶτον καὶ δευτέρου καὶ σεφάνου ἡδυσμαρτυειῶν, τὴν δὲ εὐεργα καὶ μηκισβύλην, τὴν πρὸς κάλλιππον, τὴν νεάρας.

Scholia quoq; græca in margine notata descripsissem, atq; ad te misissem: sed video plerq; esse eadem cū iis, quæ in exemplari græco Luctetianæ editionis reperiuntur.

Reliquum est, ut ipse, quem omnes in omni iudicio elegantissimū iudicant, pro ingenio tuo singulari, praestantissimum Oratorem, artificio quodam & expolitione distinctum, notisq; insignibus illustratum in lucem de integro nunc proferas, pristinaq; dignitati suae restituas: qua re non posteritati tantum plurimum commodabis, sed eternum etiam virtutis, doctrinae, industriae, laborumq; tuorum praconium colliges, summamq; gloriam ac laudem tibi comparabis. Vale.

Simon Fabricius Mar-
copibertanus, Francus.

Ego uerò singulari diligentia & iudicio uiri egregie docti delectatus, pleraque ab eo notata, subiēcì: quamuis animaduertèrem, Augustanum codicem habere non pauca & cum meis coniecturis, & cū cæteris *ἐκ δεξιῶν καὶ ἀντιθέταις* consentientia. In hoc enim genere contra præceptum Iſocratis, *πλεονάζειν ἀλλὰ μὴ ἐμείπειν εἰλόμην*. Quod factum nostrum in optimam partem candidos lectores accipere, & ærumnis nostris suo commodò frui uelim. In eo autem, quod idē Fabricius censet, totum exemplar esse de integro describendum: his de causis ab illo dissentio, quòd & qui id bona fide præstare possit, eo ipso excepto, hic scio neminem: & eandem lectionē ex æquo probaturi omnes non essent: & ex hac uarietate diuersarum lectionum,

ea quicquid homo doctus facile deligit, quæ maximè probet: &

ἡ τετριμμένη ὁδὸς, ἢ τὴν πάλαι παροιμίαν,
ὅσον ἀσφαλισμένη. Vale.

DIVER,